Gloria patri et filio et spū scō.  
Sicut erat. **hymnus**

**G**eni creator spiritus in  
ter tuorum visita imple  
suprema grā que tu creasti pectora.

**M**emento salutis auctor q̄ nū  
quondam corporis ex illibata u  
gine nascendo formam sūpleus.

**M**aria mater gracie mater  
mie tu nos ab hoste protege et ho  
ra mortis suscipe.

**G**loria tibi domine qui nati  
es de uirgine cum patre sancto  
spū in sempiterna secula. amē.

**an.** Germinauit. **psalmus dauid.**



**C**onuertendo dominus  
captiuitatem syon facti su  
mus sicut consolati.

**N**unc repletum est gaudio os  
nrm et lingua nra in exultatio  
ne.

**N**unc dicent inter gentes ma  
gnificauit dominus facere ai eis.

**M**agnificauit dominus face  
nobiscum fr̄i sumus letantes.

**C**onuertere domine captiui  
tatem nram sicut torrens i ault.

**Q**ui seminant in lacrimis in  
exultatione metent.

**V**identes ibant et flebant mitte



tes semina sua

**V**enientes autem uenient in  
exultatione portantes manipu-  
los suos.

**G**loria p[ro]p[ri]i. *psalmus dauid.*

**N**isi dominus edificauerit  
domum in uanum labo-  
rauerunt qui edificat eam.

**N**isi dominus custodierit ciui-  
tatem frustra uigilat qui custo-  
dit eam.

**V**anum est nobis ante luce[m]  
surgere surgite postq[ue] sederitis qui  
manducatis panem doloris.

**Q**uoniam dederit dilectis suis somp-



num ecce hereditas domini filii  
meos fructus uentris.

**S**icut sagitte in manu potētis  
ita filii erationum.

**B**eatus uir qui impleuit deli-  
derium suum: ex ipis non confu-  
detur cum loquetur in uincas sui  
i porta.

**G**loria patri. *psalmus*

**B**eati omnes qui timent  
dñm: qui ambulant i  
uius eius.

**L**abores manuum tuarum  
quia manducabis: beatus es &  
bene tibi erit.

**A**roꝝ tua sicut uitis habundans  
in lateribus domus tue.

**A**lyi tui sicut nouelle oliuarum  
in circuitu mensae tue.

**Q**uare sic benedicetur homo qui  
timet dominum.

**B**enedicat tibi dominus ex hinc  
et uideas bona usque in omnibus  
diebus uite tue.

**E**t uideas filios filiorum tuoꝝ  
cum pace in super israel.

**G**loria patri. **a.** Germinauit in  
dix iesse orta est stella ex iacob uirgo pe  
perit saluatorem te laudamus deus  
noster. **Capitulum.**



**P**er te dei genitrix est nobis  
uita perditā data que de  
celo suscepisti prolem et mundo  
genuisti saluatorem. Deo grās.

**R**elegit eam deus et p̄elegit eam. **V**et  
hitar eam facit in tabernaculo suo.

Et p̄elegit eam. Gloria p̄ri et filio et  
sp̄i sancto. Elegit eam deus et p̄ele  
git eā. Diffusa est grā in labus tuis.

Propterea benedixit te deus in eternū.

Domine exaudi orōnem meam. Et  
dāno: meus ad te ueniat. **O**remus.

**B**eate et gloriose semp̄z  
uuirginis dei genitricis et  
uuirginis marie memoriam agi

nis intercessionis eius auxilio  
a nostris iniquitatibus relinqua  
mus. Per xpm dominum nos  
trum. Amen.

**B**enedicamus domino.

**G**loria gratias.

*Ad uesperas.*





**D**eus in adiutorium  
meum intende.  
Domine ad adiuua  
dum me festina.

**H**loria patri et filio et spūi scō.  
sicut erat. *a.* Beata mater. *ps.*

**M**eratus sum in hys que  
dicta sunt michi in domū  
domini ibimus.

**S**tantes erant pedes mī in a  
tuis tuis iherusalem.

**I**herusalem que edificatur ut  
ciuitas cui participacō ei i idipm.

**I**lluc enim sederunt sedes in iu  
dicio: sedes super dominum dauid.

**R**ogate que ad pacem sunt ihe  
rusalem: et habundancia diligen  
tibus te.

**H**ab pax in uirtute tua: et ha

abundantia in turribus tuis.

**P**ropter fratres meos et proximos meos loquebar pacem de te.

**P**ropter domum domini dei nostri quesivi bona tibi.

Gloria per **psalmus dauid**

**A**d te levavi oculos meos: qui habitas in caelis.

**S**icut oculi serui: in manibus dominorum suorum.

**S**icut oculi ancillae in manibus domine suae: ita oculi mei ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri.

**M**isereere nunc domine misereere

ni: quia multum repleti sum'  
despectione.

**Q**uia multū repleta est aia  
niā obprobrium habundantibz  
et despectio superbis.

**G**loria patri. *ps dauid.*

**N**isi quia dominus erat i  
nobis dicat nunc israel  
nisi quia dñs erat in nobis

**Q**um exurgerent hoies in nos  
forte uiuos deglutissent nos.

**Q**um ualceretur furor eorū  
in nos forsitan aqua absorbiuisset nos.

**C**orrentem pertransiuit aia





nra forsita pertansisset aia nra  
aquam intollerabilem.

**B**enedictus dominus qui no  
dedit nos in captione dentibz eoz.

**A**ia nra sicut passer erepta est  
de laqueo uenancium.

**L**aqueus contractus est: et nos  
liberati sumus.

**A**duitorium nrm in noie dni  
qui fecit celum et terram.

**G**loria patri. *psalmus.*

**Q**ui confidunt in dno sicut  
mons syon non comoue  
bitur in eternu: qui hntat in ier  
usallem.

**M**ontes in circuitu eius: et do-  
minus in circuitu populi sui  
ex hoc nunc et usque in seculum.

**Q**uia non relinquet domini-  
uicam peccatorum super sortem iustorum  
ut non extendant iusti ad ini-  
quitate manus suas.

**B**enefac domine bonus et ius-  
tus corde.

**P**edimantes autem in obli-  
gationes adducet dominus cum  
operantibus iniquitate pax su-  
per israel.

**G**loria patri. *ps.*

**N**on conuertendo dominus  
captiuitatem syon facti

sumus sicut consolati.

**Q**unc repletum est gaudio os  
nostrium: et lingua nra in exul-  
tatione.

**Q**unc dicent inter gentes ma-  
gnificauit dominus facere ai cis.

**M**agnificauit dominus facere  
nobiscum fci sumus letantes.

**C**onuertere domine captiuita-  
tem nram: sicut torrens i austro.

**Q**ui seminant in lacrimis: in  
exultatione metent.

**Q**uantes ibant et flebant mitte-  
tes semina sua.

**V**enientes autem uenient ai

exultacione portantes manipu  
los suos

**G**loria patri. **R.** Beata mater et i  
nupta uirgo gloriosa regina mundi in  
tercede pro nobis ad dñm deū nrm **cpm.**

**B**eata es uirgo maria que  
dominum portasti crea  
tozem mundi genuisti qui te fecit  
et in eternum permanes uirgo.

Deo gratias. **hymnus**

**A**ue maris stella dei mater  
alma atq; semper uirgo  
felix celi porta

**S**umens illud aue gabuelli  
ore funda nos in pace: mitans



nomen eue.

**S**olite uindicta iuris profer lumina  
caus mala nostra pelle bona aranda  
posce.

**M**onstra te esse matrem sumat  
per te preces qui pro nobis nati  
tuli esse tuus.

**T**ugo singularis inter omnes  
mittis nos culpis solutos mitte  
fac et castos.

**Q**uam presta puram iter pa  
ra tutum ut uidentes ihm sem  
per collemur.

**S**it laus deo patri summo xpo  
decus spui sancto trinus hono:

69  
imus. Amen. **v.** Post partum uirgo  
inviolata permansisti. **R.** Dei genitrix  
intercede pro nobis. **A.** Salue reg. **ps.**

**M**agnificat anima mea: do  
minum.

**E**t exultauit spiritus meus  
in deo salutari meo.

**Q**uia fecit michi magna qui  
potens est: et sanctum nome eius.

**E**t misericordia eius a progenie in pro  
genies timentibus eum.

**F**ecit potentiam in brachio suo:  
disperxit superbos. in ore cordis sui.

**D**eposuit potentes de sede: et ex  
altauit humiles.



**S**uientes impleuit bonis:  
et diuites dimisit manes.

**S**uscepit israel puerum suum:  
recordatus mae sue.

**S**icut locutus est ad pres no  
stros abraham: et semini eius  
in secula.

**G**loria patri. *antiphona.*

**S**alue regina mae uita dulcedo  
et spes nra. salue ad te clamamus exu  
les filij eue ad te suspiramus gemit  
tes et flentes in hac lacrimaru ualle  
epa ergo aduocata nra illos tuos mi  
sericordes oculos ad nos conuerte ad  
ihm benedictum fructu uentris tui



nobis post hoc exilium ostende. o demēs  
o pia. o dulcis maria. Dñe exaudi oīo  
nem meam. Et clamor meus ad te ue  
niat. Oremus. *Oratio.*

**N**oncede nos famulos tu  
os quesumus domine  
deus perpetua mentis et corpori  
sanitate gaudere et gloriosa beate  
marie semper uirginis interces  
sione a presenti liberaui tristitia et  
eterna perfru leticia. per xpm  
dñm nrm. Amen.

**B**enedicamus domino.  
eo gratias.

*Ad completorium.*



**C**onuertere nos deus  
salutans nr  
**E**t auerte iram  
tuam a nobis

**D**eus in adiutorium meum  
intende.

**D**omine ad adiuuandum me  
festina.

**G**loria patri et filio et spū scō.

**S**icut erat. *A. Cū iocunditate. ps*

**U**sq; quo domine obliuiscer  
us me in finem: usq; q̄

auertis faciem tuā a me.

**Q**uā diu ponam consilia in  
anima mea: et dolorem in corde  
meo per diem.

**U**sq; quo exaltabitur inimi  
cus meus super me respice et ex  
audi me dñe deus meus.



**I**llumina oculos meos ne unquam obdormiā in morte nequido dicat inimicus meus preualui aduersus eum.

**Q**ui tribulant me exultabit si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.

**E**xultabit cor meū in salutari tuo cantabo domino qui bona tui buit michi et psallam noī dñi altissimi.

**G**loria p̄ri. *psalmus dñi.*

**I**udica me deus et discerne causam meam de gente non sancta ab hōie iniquo et do

loso erue me.

**Q**uia tu es deus fortitudo mea  
quare me reputasti et quare tri-  
stis es in cedo dum affligit me  
mimicus meus.

**E**mitte lucem tuam et uerita-  
tem tuam ipsa me deduxerunt  
et aduxerunt in montem san-  
ctum et in tabernaculo tua.

**E**t introibo ad altare dei ad  
deum qui letificat ueritatem  
meam.

**C**onfitebor tibi in cythara de-  
us deus meus: quare tristis es  
anima mea: et quare contur-



bas me.

**S**pera in deo quoniam adhuc  
confitebor illi salutare uultus  
mei et deus meus.

**G**loria pñ. *psalmus dauid.*

**S**ex expugnauerunt me  
a iuuentute mea dicat  
nunc israhel.

**S**ex expugnauerunt me a iu  
uentute mea et enim non potue  
runt michi.

**S**upra dorsum meū fabrica  
uerunt pñores prolongauerunt  
iniquitatem suam.

**D**ominus iustus conadet

ceruices peccatorum confundantur  
et conuertantur retrorsum omnes  
qui oderunt syon.

**H**iant sicut fenestra tectorum quia pro  
uisque euellatur exauit.

**N**e quo non impleuit manu  
suam qui mettet et signum suum  
qui manipulos colliget.

**E**t non dixerunt qui prece  
bant benedictio domini super uos: be  
nediximus nobis in nomine domini.

**S**olona p[ro]ph[et]ia. *psalmus dauid.*

**D**omine non est exalta  
tum cor meum neque  
elati sunt oculi mei.



**A**qz ambulavi in magnis  
neqz in mirabilibus sup me.

**S**i non huiliter sentiebam  
sed exaltaui aiam meam.

**S**icut ablatus est super ma  
tre sua ita retribucio in aia mea.

**S**peret isrl' in domino ex hoc  
nunc et usqz in seculum.

**G**loria p<sup>ri</sup>. **a.** Cum iocundita  
te memonam beate marie celebrem<sup>us</sup>  
ut ipa pro nobis intercedat ad dñm  
deum nrm. **Capitulum**

**S**icut cynamomū et bal  
samū aromatizans o  
dorem dedi quasi mirta electa

redi suavitate odoris. Deo gr̄s.

**U**irgo dei genitrix *hymni?*  
 quem totus non capit  
 orbis in tua se clausit viscera  
 factus homo.

**Q**uia fides geniti purgavit  
 cumina mundi et tibi uirgini-  
 tas inuiolata manet.

**R**e matrem pietatis open-  
 te clamitat orbis: subuenias fa-  
 milis o benedicta tuus.

**G**loria magna p̄ri compar-  
 tibi gloria nate: cum sancto spi-  
 ritu gloria magna p̄ri amen.

*vers.* Ecce analla domini. **E**ffiat in

secundū uerbum tuū. **a.** Ecce completa.

**N**unc dimittis seruum **ps.**  
tuum domine: secundū  
uerbū tuum in pace.

**Q**uia uiderunt oculi mei sa-  
lutare tuum.

**Q**uod parasti ante faciem  
omnium populorum.

**F**lumen ad reuelacionem  
gentium: et gloriam plebis tue  
israhel.

**G**loria p̄i. **a.** Ecce completa  
sunt omnia que dicta sunt per ange-  
lum de uirgine maria. Dñe deus uir-  
tutū conuerte nos. **Et ostende facia**

em tuam et salui erimus. Orem?

**D**eus qui de beate **oio.**  
marie uirginis utero  
uerbum tuum angelo nuncia  
te carnem suscipere uoluisti. pre  
ta supplicibus tuis ut qui uer  
eam dei genitricem credimus ei  
apud te intercessionibus adue  
nimur. Per xpm dnm nrm. ame.

**B**enedicamus domino.  
eo gratias.







**D**omine ne in furore tuo  
arguas me neque in ira  
tua corripas me

**M**isere mei domine quoniam

infirmus sum sana me domine:  
quoniam conturbata sunt omnia  
ossa mea.

**E**t anima mea turbata est ual  
de sed tu domine usq; quo.

**C**onuertere domine et eripe ani  
mam meam: saluum me fac prop  
ter misericordiam tuam.

**Q**uoniam non est in morte qui  
memor sit tui in inferno autem  
quis confitebitur tibi. **L**abora  
ui in gemitu meo lauabo per singu  
las noctes lectum meum lacrimis me  
is stratum meum rigabo.

**T**urbatus est a furore oculus me

us inueteravi inter omnes inimi-  
cos meos.

**D**ilcedite a me omnes qui opor-  
tuit iniquitatem quoniam exau-  
diuit dominus uocem fletus mei.

**A**xaudiuit dominus deprecatio-  
nem meam: dominus orationem  
meam suscepit.

**Q**uibescant et conturbentur ue-  
hementer omnes inimici mei: con-  
uertantur et erubescant ualde ue-  
lociter.

**G**loria patri.

**B**eatissimi quorum remissae sunt  
iniquitates: et quorum

et quorum tecta sunt peccata.

**G**ratius uir cui non imputauit dominus peccatum nec est in spiritu eius dolus.

**Q**uoniam tacui in uetera ueritatis ossa mea dum clamarem tota die.

**Q**uoniam die ac nocte grauata est super me manus tua conuisus sum in erumpna mea dum configitur spina.

**D**elictum meum cognitum tibi feci: et in iustitiam meam non abscondi.

**D**ixi confitebor aduersum me in iustitiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei.

**U**ro hac orabit ad te omnis sc̄is  
in tempore oportuno.

**U**rumptamen in diluuis aqua  
rum multarum ad eum non appro  
ximabunt.

**Q**u es refugium meum a tribu  
latione que circundedit me exulta  
tio mea erue me a circumdantibus  
me.

**I**ntellectum tibi dabo et instru  
am te in uia hac qua gradicus fir  
mabo super te oculos meos.

**N**olite fieri sicut equus et mulu  
s quibus non est intellectus.

**I**n chamo et fieno maxillas

corum constringe qui non appro-  
ximant ad te.

**M**ulta flagella p[ro]p[ri]is sperante[m]  
autem in domino m[er]ita curabit.

**E**tiam in domino et exultate  
iusti: et gloriabimini om[n]es recti corde.

**G**loria patri.

**D**omine ne in furore tuo ar-  
guas me: neq[ue] in ira tua co-  
rripas me.

**Q**uoniam sagitte tue infixe s[un]t  
michi: et confirmasti super me ma-  
num tuam.

**N**on est sanitas in carne mea a  
facie ire tue: non est pax ossibus me

is a facie peccatorum meorum

**Q**uoniam iniquitates mee sup-  
grisse sunt caput meum: et sicut on-  
grauis grauate sunt super me

**P**utauerunt et corrupte sunt circa  
tuces mee: a facie insipientiae mee.

**M**iser factus sum et curuatus su-  
usq; in finem tota die conturbatus  
ingrediebar

**Q**uoniam lumbi mei impleti  
sunt illusionibus: et non est sanitas  
in carne mea

**A**fflictus sum et humiliatus su-  
nimis iugebam a gemitu cordis  
mei





**D**omine ante te omne desiderium  
meum: et gemitus meus ad te non  
est absconditus.

**C**or meum conturbatum est in  
me et derelinquit me uirtus mea:  
et lumen oculorum meorum et spiritum  
non est mecum.

**A**mici mei et proximi mei adiu-  
sum me appropinquauerunt et ste-  
terunt.

**E**t qui iuxta me erant de longe  
steterunt et uim faciebant qui que-  
rebant animam meam.

**E**t qui inquirebant mala michi  
locuti sunt uanitates et dolos tota



die meditantur:

**E**go autem tanquam surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum.

**E**t factus sum sicut homo non audiens et non habens in ore suo redargutiones.

**Q**uoniam in te domine speravi tu exaudies me dñe deus meus.

**Q**uia dixi nequando supergaudeant michi inimici mei et dum commouetur pedes mei super me magna locuti sunt.

**Q**uoniam ego in flagella peccatus sum: et dolor meus in conspectu



meo semper.

**Q**uoniam iniquitatem meam  
annuntiabo et cogitabo pro peccato  
meo.

**T**estificati autem mei uiuunt  
et confirmati sunt super me: et mul-  
tiplicati sunt qui oderunt me iniqui.

**Q**ui retribuunt mala pro bonis  
detrahebant michi quoniam seque-  
bar bonitatem.

**N**e derelinquas me domine deus  
meus ne discessens a me.

**I**ntende in adiutorium meum  
domine deus salutis mee.

**G**loria patri.

**M**iserere mei deus secundum  
magnam misericordiam tuam.

**E**t secundum multitudinem  
miserationum tuarum dele mihi  
iniquitatem meam.

**A**mplius lava me domine a  
iniquitate mea et a peccato meo mu-  
da me.

**Q**uoniam iniquitatem meam  
ego cognosco et peccatum meum  
contra me est semper.

**T**ibi soli peccaui et malum coram  
te feci ut iustificeris in sermonibus  
tuis et vincas cum iudicaris.

**S**are enim in iniquitatibus con-



ceptus sum: et in peccatis concepit  
me mater mea.

**E**cce enim ueritatem dilexisti  
incerta et occulta sapientie tue ma-  
nifestasti michi.

**A**sperges me domine ysoopo et  
munda bor: lauabis me et super ni-  
uem dealbabor.

**A**uditui meo dabis gaudium et  
letitiam et exultabunt domino  
ossa humiliata.

**A**uerte faciem tuam a peccatis  
meis et omnes iniquitates me-  
as dele.

**C**or mundum crea in me deus

82  
et spiritum rectum innova in  
scriptis meis.

**N**e proicias me a facie tua et spi-  
ritum sanctum tuum ne auferas  
a me.

**R**ede michi leticiam salutaris  
tui et spiritu principali confirma  
me.

**F**acito iniquos vias tuas et i-  
pii ad te convertantur.

**L**ibera me de sanguinibus de-  
us salutis mee: et exultabit li-  
gua mea iusticiam tuam.

**D**omine labia mea aperies: et  
os meum annuntiabit laudem tuam.



**Q**uoniam si uoluisses sacrificia  
um dedissem utiq; holocaustis nō  
delectaberis.

**S**acrificium deo spiritus contri  
bitatus: et cor contritum et humili  
tatum deus non despicies.

**G**emgne fac domine in bona  
uoluntate tua syon ut edificent  
muri iherusalem.

**T**unc acceptabis sacrificium  
iusticie oblationes et holocausta:  
tunc imponent super altare tuū  
uitulos.

**G**loria patri et filio et spū scō.  
Sicut erat.

**D**omine exaudi orationem meam  
et clamor meus ad te  
ueniat.

**N**on auertas faciem tuam a me  
in quacumque die tribulor inclina  
ad me aurem tuam.

**I**n quacumque die inuocauero  
te uelociter exaudi me.

**Q**uia defecerunt sicut fumus  
dies mei et ossa mea sicut cinis  
aruerunt.

**P**ercussus sum ut fenum et au  
it cor meum: quia oblitus sum  
comedere panem meum.

**V**ox gemitus mei adhaesit os

meū carni mee.

**S**imilis factus sum pellicano  
solitudinis: et factus sum sicut ni-  
ticox in domicilio.

**V**igilavi et factus sicut passer  
solitarius in tecto.

**T**ota die exprobrabant michi  
inimici mei: et qui laudabant me  
aduersum me iurabant.

**Q**uia cinerem tanquam panē  
manducabam: et potum meum  
cum fletu miscebam.

**A**facie ut indignationis tue  
quia eleuans alixisti me.

**D**ies mei sicut umbra declina

uenerunt: et ego sicut fenui arui.

**T**u autem domine in eternum  
permanes: et memoriale tuum in  
generatione et generationem.

**T**u exurgens domine miserere  
nobis syon: quia tempus misereri  
tui est quia uenit tempus.

**Q**uoniam placuerunt seruus  
tuis lapides eius: et terre eius mi  
sererebuntur.

**E**t timebunt gentes nomen  
tuum domine: et omnes reges terre  
gloriam tuam.

**Q**uia edificauit dominus syon  
et uidebitur in gloria sua.

**R**espexit in orationem huilium:  
et non spreuit precem eorum.

**S**cribantur hec in generatione  
altera: et populus qui arabitur  
laudabit dominum.

**Q**uia prosperit de excelso sancto  
suo: dominus de celo in terram as  
perit.

**U**t audiret gemitus compedito  
rum: et ut solueret filios interemp  
torum.

**U**t annuncient in syon nome  
domini: et laudem eius in iherlm.

**I**nconueniedo populos in bnu  
et reges ut seruiant domino.

**R**espondit ei in uia uirtutis  
sue paucitatem dierum meorum  
miseria michi.

**N**e ruocet me in dimidio die  
rum meorum: in generatione et  
generationem anni tui.

**I**nicio tu domine firmam funda  
sti: et opera manuum tuarum  
sunt celi.

**I**pi peribunt tu autem pma  
nes: et omnes sicut uestimentum  
ueteralescent.

**E**t sicut opertorium mutabis  
eos et mutabuntur: tu autem idem  
ipse es et anni tui non deficient.





**H**uius seniorum tuorum habitabit:  
et semen eorum in seculū dirigetur.

Gloria patri. *Ps.*

**D**e profundis clamaui ad  
te domine: domine exaudi  
uocem meam.

**S**iant aures tue intendentes:  
in uocem deprecationis mee.

**S**i iniquitates obserua ueris  
domine: domine quis sustinebit.

**Q**uia apud te propitiatio est: et pro  
legem tuam sustinui te domine.

**S**ustinuit aīa mea in uerbo  
eius: sperauit anima mea in do  
mino.



**A**custodia matutina usq; ad noc-  
tem speret israel in domino.

**Q**uia apud dominum misericordia et  
copiosa apud eum redemptio.

**E**t ipse redimet israel ex omnibus  
iniquitatibus eius.

**G**loria patri. *Ps.*

**D**omine exaudi orationem me-  
am: auribus percipe obsecra-  
tionem meam in ueritate tua ex-  
audi me in tua iusticia.

**E**t non intres in iudicium cum  
senio tuo domine: quia non iustifica-  
bitur in conspectu tuo omnis uiuus.

**Q**uia persecutus est inimicus





aiam meam: humiliavit in tri-  
uitam meam.

**C**ollocavit me in obscuris sicut  
mortuos seculi: et anxius est su-  
per me spiritus meus in turbatu-  
est cor meum.

**M**emor fui dierum antiquorum  
meditatus sum in omnibus op-  
eribus tuis: in factis manuum tua-  
rum meditabar.

**E**xpandi manus meas ad te  
aia mea: sicut terra sine aqua.

**V**elociter exaudi me domine de-  
fecit spiritus meus.

**N**on auertas faciem tuam a

me: et similis ero descendentibus i  
lacum.

**A**uditam fac mane misericordiam tuam quia in te domine speravi.

**N**otam fac michi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

**E**xipe me de inimicis meis dñe ad te confugi doce me facere uoluntatem tuam quia deus meus es tu.

**S**piritus tuus bonus deducet me in terram propter nomen tuum domine uiuificabis me in equitate tua.



**E**duces de tribulacione animam  
meam: et in misericordia tua disperdes omnes  
inimicos meos.

**E**t perdes omnes qui tribulant  
animam meam: quoniam ego seruus  
tuus sum.

**G**loria patri. *a.* Ne remuneraris do-  
mine delicta nostra uel parentum nostrorum  
neque uindictam sumas de patris nostris.  
parte domine parte populo quem pre-  
cio sanguine redemisti ne metemini  
uolueris ei. *Letania.*

**R**yneleison.

**R**usteleison.

**R**yneleison.

**A**piste audi nos  
 ater de celis deus miserere nob  
 ili redemptor mundi deus mi  
 serere nobis.

**O**pius sancte deus miserere nob.  
 ca trinitas unus deus mis. n.  
 ancta maria ora pro nobis.  
 ca dei genitrix or  
 ca uirgo uirginum or  
 ante michael or  
 ante gabriel or  
 ante iaphael or  
 ante or  
 omnes sancti angeli et archan  
 geli. or.





**S**ante iohannes baptista. or  
nis sã patriarche et pph. or.<sup>te</sup>  
ante petre or  
ante paulc or  
ante iohannes or  
ante andrea or  
ante iacobe or  
ante philype or  
ante bartholomee. or  
ante mathia or  
ante luca or  
ante marce or  
ante marce or  
ante mathee or  
ante thadee. or



**O**mnnes sancti apli et euuageliste  
 orate pro nobis.

ante stephane or

ante demens or

ante corneli or

ante laurenti or

ante uincenti or

ante dyonisi cu scous tuu or

ms sancti martires dei or

ante martine or

ante uihane or

ante nicholae or

ante benedite or

ante ieronime or

ante ambrosi or



**P**

ante augustine or  
ante yuo or  
mnes sancti confessores or  
anta maria magdale or  
anta maria egyptiaca. or  
anta anna or  
anta margareta or  
anta genouefa or  
anta apolonia or  
anta scolastica or  
mns sancte uirgines or  
mnes sancti et sancte or  
propicius esto parce nobis dne  
b omni malo libera nos dne.  
b insidius dyaboli.



**A**d damnatione perpetua .f.

**A**b ira et odio .f.

**A**b immundis cogitationibus .f.

**A**spiritu fornicationis .f.

**A** morte subitanea .f.

**P**er aduentu tuum .f.

**P**er natiuitate tuam .f.

**P**er circuncisionem tuam .f.

**P**er passionem tuam .f.

**P**er gloriosam resurrectione .f.

**P**er admirabilem ascensione

tuam .f.

**I**n die iudicii .f.

**P**ecatores te rogamus audi

nos .f.



**E**t pacem nobis dones. **Oratio**  
**E**t misericordia tua et pietas tua nos cu-  
stodiat. **Oratio**  
**E**t amatum populum christianum  
precioso sanguine tuo redemptum  
conservare digneris. **Oratio**  
**E**t omnibus benefactoribus nostris  
sempiterna bona retribuas. **Oratio**  
**E**t sanctis fidelibus requiem et  
nam dones. **Oratio**  
**A**gnus dei.  
**A**gnus dei.  
**A**gnus dei.  
**A**gnus dei qui tollis peccata

mundi exaudi nos domine.

**A**gnus dei qui tollis peccata mundi  
di parce nobis domine.

**A**gnus dei qui tollis peccata mundi  
di miserere nobis.

**M**yleyson.

**M**yleyson.

**M**yleyson.

**P**ater nr. Et ne nos inducas.

**D**omine exaudi oronem meam.

**E**t clamor meus ad te ueniat.

**R**emissus. **ORATIO.**

**D**eus cui proprium est mi

sereri semper et parcere su

scipe deprecationem meam: ut quos



delictorum cathena constringit mi  
seratio tue pietatis absoluat. Per  
xpm dominum nrm. Amen. *oro.*

**D**euum deus omnium co  
ditor et redemptor anima  
bus famulorum famularumq  
tuarum remissionem amitoru  
tue peccatorum: ut indulgentia  
quam semper optauerunt pijs  
supplicationibus consequatur.  
Qui uiuis et regnas deus. per oia  
secula seculorum. Amen



**D**omine labia mea  
aperies.  
**E**t os meum an  
nuntiabit laudem tuam.

**D**eus in adiutorium me  
uum intende.

**D**omine ad adiuuandum me  
festina.

**G**loria patri et filio et spiritui sancto.

**S**icut erat & c. *hymnus.*

**P**atris sapientia ueritas di  
uina. Deus homo captus

est hora matutina. Et uideis uen  
ditus traditus et afflictus.

*v.* Adora  
mus te christe et benedicimus tibi. *R.* Quia  
per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Domine exaudi. Et clamor. Oremus.

**D**omine ihesu christe fili dei uiu  
pone passionem crucem et

mortem tuam inter iudicium tuum et animam meam nunc et in hora mortis mee semper largiri digneris uiuus misericordiam et gratiam defuncti ueniam et requiem. ecclesie pacem et concordiam. et nobis peccatoribus uitam et gloriam sempiternam.

Qui uiuus et regnas deus. per oia secula seculorum. Amen

**B**enedicamus domino. pro gratias. *Ad primam*

**D**eus in adiutorium meum intende

**D**omine ad adiuuandum me festina



**H**ona patri et filio et spūi sco.  
icut erat. *hymnus.*

**H**ora prima dñm ducunt  
ad pylatum. factis testi  
monys multum aculatum. In  
collo percucunt mandib; ligatum.  
Vultum dei conspiciunt lumen ce  
li gratum. *v.* Adoramus te xpē et bene  
diamus tibi. *R.* Quia per scām crucē  
tuā redemisti mundum. Dñe exaudi  
Et clamor. *oremus.* *orō.*

**D**omine ihū xpiste fili dei  
utui pone passionem cru  
cem et mortē tuam inter iudiciū  
tuum et aiām meam nunc et in

94  
hora mortis mee semper largiri di-  
gneus uiuis misericordiam et gratiam. defunc-  
tis ueniam et requiem. ecclesie pa-  
cem et concordiam. et nobis pecca-  
toribus uitam et leticiam sempit-  
nam. Qui uiuis et regnas deus.  
per omnia secula seculorum. amen.

**B**enedicamus domino.  
Deo gratias. *Ad tertiam.*

**D**eus in adiutorium meum  
intende.

**D**omine ad adiuuandum me  
festina.

**G**loria patri et filio et spiritui sancto.  
Sicut erat in principio. *hy?*



**Q**uia fige clamitant hora  
terrarum. Illusus indui  
tur ueste purpurarum. Caput  
eius pungitur corona spinarum.

Crucem portat humerus ad locum  
penarum. **V.** Adoramus te xpe et bene  
dicimus tibi. **R.** Quia per sanctam crucem  
tuam redemisti mundum. **Oratio.** Domine exau  
di orationem meam. **Et clamor.** Oremus.



**D**omine ihesu xpi ste fili dei  
patris pone passionem cru  
cem et mortem tuam inter iudicium  
et animam meam nunc et in  
hora mortis mee semper languis dig  
nis vivis misericordiam et gratiam. de

95  
finitis ueniam et requiem. eccle  
sic pacem et concordia. et nobis per  
catoribus uitam et gloria sem  
piternam. Qui uiuus et regnas de  
us. Per omnia secula seculorū. am̄.

**B**enedicamus domino.

eo gratias. *ad sextam*

**D**eus in adiutorium meū  
intende.

**D**omine ad adiuuandum me  
festina.

**G**loria patri. *hymnus.*

**H**ora sexta ihesus est cruci  
condauatus. Et est cum  
lationibus pendens deputatus.

Die tormentis licens felle saturat.  
Agnus cūmen diluit sic ludificat.  
Adoramus te xp̄e et benedicimus tibi.  
Quia per sc̄am auicem tuam redemisti  
mundum. Dñe exaudi. Et dōr. Orem̄.

**D**omine ih̄u xp̄iste fili dei ui  
ui pone passionem auicē  
et mortem tuam inter iudicium  
tuum et aiām meam nunc et in  
hora mortis mee semper largi dig  
neis uiuis miām et grām. defūc  
tis ueniam et requiem. et nobis  
peccatoribz uitam et gloriam sem  
piternam. Qui uiuis. x̄c.

**B**enedicamus domino. Deo gr̄s.

**D**eus in adiutorium meum  
intende

Domine ad adiuuandum.

Gloria patri. *hy?*

**H**ora nona dominus ihesus  
expirauit. Lxly clamans

aiam patri comedauit. Latus eius

lancea miles perforauit. Terra

tunc tremuit et sol obscurauit. *b.*

Adoramus te xpe et benedicimus tibi. *lx.*

Quia per scam crucem tuam redemisti mu

dum. Domine exauditione. Oremus.

**D**omine ihesu xpiste fili dei  
uiui pone passionem crucem

et mortem tuam inter iudicium





tuum et animam meam nunc et in  
hora mortis mee semper largiri dig  
neis uiuis misericordiam et gratiam. defūc  
tis ueniam et requiem. ecclesie pa  
cem et concordiam. et nobis pecca  
toribus uitam et gloriam sempi  
ternam. Qui uiuus et regnas de. p.

**B**enedicamus domino  
eo gratias. *Ad uesperas.*

**D**eus in adiutorium meū  
intende.


**S**omne ad adiuuandum me  
festina.

**G**loria patri et filio et spūi sancto.  
Sicut erat etc. *Hymnus*



**H**ec cruce deponitur hora ue  
 spertina. sfortitudo latuit  
 in mente diuina. Talem mortem  
 subyt uite mediana. I Xii corona  
 glorie iacut supina. **V** Adoramus  
 te xpe et benediamus tibi. **R** Quia per scam  
 cruce tuam redemisti mundum. Domine  
 exaudi. Et clamo. Oremus. **ORATIO.**

**D**omine ihesu xpe fili dei ui  
 ui pone passionem cruce  
 et mortem tuam inter iudiciu  
 tuum et aiam meam nunc et i  
 hora mortis mee semper laigui  
 dignus uiuis miham et gram.  
 defunctis ueniam et requie. eccle



lic pacem et concordiam. et nobis  
pccatoribus uitam et gloriam sempi-  
ternam. Qui uiuis ⁊ regnas ds. p.

**B**enedicamus domino.   
eo gratias. **Ad completorium.**

**C**onuerte nos deus saluta-  
tus nr. 

**N**t auerte iram tua a nobis.

**D**eus in adiutorium meum. ⁊ c.  
omne ad adiuuandum. 

**G**loria patri.  **hy?**

**H**ora completorii datur se-  
pulture. Corpus xpi no-  
bile hys uite future. Conditur  
aromate cōplentur scripture. Jugi

48  
sit memoria mors hęc michi curę.

**H**as horas **Recomendacio.**  
canonicas cū deuotione.

Xp̄e tibi recolo pia ratione. Et qui  
pro me passus es amoris ardore.

Sis michi solacium in mortis a  
gone. amen. **v.** Adoramus te xp̄e et be  
nedicimus tibi. **R.** Quia per sc̄am crucem

tuam redemisti mundū. Dñe exaudi oīo  
nem meā. Et clamor meus ad te ueniat.


Oremus. **Oracio.**

**D**omine ihesu xp̄iste fili dei  
uiui pone passionem cru  
cem et mortem tuam inter rudi  
cium tuum et aīam meā nunc



et in hora mortis mee semper largi  
u dignetur uiuus miãam et grãam.  
defunctis ueniam et requiem. eccle  
sie pacem et concordiam. et nobis  
peccatoribus uitã et gloriam sem  
piternã. Qui uiuus et regnas deus  
per omnia secula seculorum. 

Amen. 

**D**omine exaudi orationem meã.  
**E**t clamor meus ad te ueniat.  
**B**enedicamus domino   
**P**ro eo gratias.   
**P**ater nr.  &c. 



**D**omine labia mea ap  
ertes. **E**t os meum annu  
tiabit laudem tuam.




**D**eus in adiutorium meum  
intende.

**D**omine ad adiuuandum me  
festina.

**G**loria patri et filio et spiritui sancto.  
Sicut erat in principio et nunc  
et semper et in secula seculorum  
amen alleluia. *A* Veni sancte spiritus  
reple tuorum corda fidelium et tui amoris  
in eis ignem accende. **hymnus**

**N**obis sancti spiritus gratia sit  
data. De qua uirgo uirgi  
num fuit obumbrata. Cum per  
sanctum angelum fuit salutata.  
Verbum caro factum est uirgo fecit



data. **V** Emittes spiritum tuum et arboribunt.

**R** Et renouabis faciem terre. Domine exaudi orationem meam. Et clamor. Oremus. **Oratio**

**O**mnipotens sempiternus deus da nobis illam sancti spiritus gratiam quam discipulis tuis in die sancto penthecostes transfuisti. per christum dominum nostrum. Amen.

**B**enedicamus domino. **Ad primam**

**D**eus in adiutorium meum intende.

**G**loria patri ad adiuvandum me festina.

**G**loria patri et filio et spiritui sancto.





**S**icut erat. **A** Domine sancte spiritus  
reple tuorum corda fidelium et tui amoris  
in eis ignem accende. **hymnus.**

**D**e uirgine maria xp̄us fu  
it natus. Enacifixus mor  
tuus atq; tumulatus. Resurgēs  
discipulis fuit demonstratus. Et  
ip̄is cementib; celis eleuatus. **v?**

Emitte spirituum et arabuntur. **R** Et re  
nouabis faciem terre. Domine exaudi. o.  
Et clamo. **Oremus.** **orō.**



**O**mnipotens sempiternē de  
us da nobis illam sancti  
sp̄s gratiam quam discipulis tuis  
in die sancto penthecostes transmi

fisti. P xpm dominum nostrum.

Amen.

**B**enedicamus domino.

Deo gratias. *Ad tertiam*

**D**eus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandum.

Gloria patri et filio et spui sco.

Sicut erat. *an* Domine sancte spūs re


pletuorum corda fidelium et tui amoris

in eis ignem accende. *hymnus*

**Q**uoniam sanctum spm deus delegauit. In die pentheco

stes ipos cofirmauit. Et de lingu

igneis ipos inflamauit. Relinq



relinquere orphanos ipsos denega-

uit. *v.* Emitte spiritum tuum et curabuntur

*R.* Et renouabis faciem terrae. Domine exaudi.

Et clamor. Oremus. *ORATIO.*

**Q**uoniam omnipotens sempiternae

deus da nobis illam sancti spiritus

gratiam quam discipulis tuis

in die sancto penthecostes transmi-

stisti. per christum dominum nostrum. Amen.

**B**enedicamus domino.

*Ad sextam.*

**D**eus in adiutorium me-

um intende.

Domine ad adiuuandum.

me non proderis.

Gloria patri.

Veni sancte spūs reple tuorum corda fide  
lum et tui amoris in eis ignē accende.

**S**eptiformem grām tunc ac  
ceptauerunt. Quare ydio  
mata cuncta cognouerunt. Ad di  
uersa dumata mundi recesserunt.  
Et fidem catholicam tunc predica  
uerunt. **V.** Emitte spm tuum et creabū

tur. **R.** Et renouabis faciem terre. Dne ex  
audi. Et clamor. **Oremus.** **ORATIO**

**D**ominipotens sempiternē de  
us da nobis illam sã spūs  
grām quam discipulis tuis in die  
scō pentecostes transmisisti. Per  
xpm dominum nr̄m. Amen. **℟.**

**B**enedicamus domino  
eo gratias. **ad nonam**  
**D**eus in adiutorium meum  
intende.  
**D**omine ad adiuuandum.  
**G**loria pñ. **A.** Veni sancte spūs re  
ple tuorum corda fidelium et tui amoris  
in eis ignem accende. **hymnus**  
**S**pūs paraclitus fuit appel  
latus. Donum dei caritas  
fons uiuificatus. Spiritalis buc  
cio ignis inflānatus. Septiforme  
gracia carissima uocatus. **V.** Emitte spū  
ritum tuum et creabuntur. **R.** Et renouab  
it faciem terre. **Dñe** exaudi orōm. **Oremus.**

**O**mnipotens sempiternus  
Deus da nobis illam sancti spiritus  
gratiam quam discipulis tuis  
in die sancto penthecostes transmi-  
sisti. *pro christi dominum nunc. Amen.*

**B**enedicamus domino  
eo gratias. *Ad uesperas.*

**D**eus in adiutorium meum  
intende.

**D**omine ad adiuuandum et  
gloria patri et filio.

**S**icut erat. *Antiphona.* Veni sancte spiritus re-  
ple tuorum corda fidelium et tui amoris in-  
eis ignem accende. *hymnus.*

**D**extere dei digitus uirtus spiritus



utalis. Nos defendat et uat ab om  
nibus malis. Ut nobis non no  
ceat demon infernalis. Protegat  
et et uat foueat sub alijs. *v.* Emitte  
sp̄m tuum et creabuntur. *R.* Et renouab  
faciem terre. *Dñe exaudi. Oremus. orō.*

**O**mnipotens sempiterna  
deus da nobis illam s̄c̄i spi  
ritus gr̄am quam discipulis tui  
in die sancto penthecostes t̄nsimi  
sisti. per xpm dominum nostrum.  
Amen. Benedicamus domino.  
Deo gracias. *ad cōpletorium.*

**C**onuerte nos deus saluta  
ris noster. 

**A**vertete iram tuam a nobis.  
Deus in adiutorium meum  
intende.

**D**omine ad adiuuandum me  
festina.

**G**loria patri etc. *a.* Veni sancte spi  
ritus reple tuorum corda fidelium et tui  
amoris in eis ignem accende. *hymn.*

**S**piritus paraclitis nos uelit  
nutriare. Si uellus mōs rege  
re et illuminare. Ut cum deus ue  
nerit omnes iudicare. Nos uelit  
ad dexteram suam appellare.

**H**as horas canonicas cū de  
uotione. Tibi sancte spūs



via ratione. Dixi ut nos uisites i  
aspuatione. Ut ai deus uenerit  
omnes iudicare. Nos uelit ad dex  
teram suam appellare. **¶** Et uita spi  
ritum tuum et creabunt tu. **¶** Et ieno  
uabis faciem teie. Dne exaudi orone  
meam. Et i damor. Oremus. **ORATIO.**

**O**mnipotens sempiterna  
deus da nobis illam sci  
spus gram quam discipulis tu  
is in die sancto penthecostes tran  
misti. per xpm dnm nrm.


**A**men  
**B**enedicamus domino.  
**G**eo gracias **P**ater nr.



Ad uesperas pro defunctis.

antiphona. Placido. psalmus.

**D**ilexi quoniam exaudi  
et dominus uocem oro  
nis mee.



**Q**uia inclinavit aurem suam  
michi: et in diebus meis inuocabo.

**C**irumdederunt me dolores  
mortis: et pericula inferni inuene-  
runt me.

**L**ubilationem et dolorem inue-  
ni: et nomen dñi inuocaui.

**D**omine libera aīam meam  
misericors dominus et iustus et  
deus nŕ miseretur.

**I**ustodiens paruulos dominus:  
huīlatus sum et liberauit me.

**C**onuertere anima mea in re-  
quiem tuam: quia dominus be-  
nefecit tibi.

**Q**uia eripuit animam meam de  
morte oculos meos a lacrimis pedes  
meos a lapsu.

**P**lacebo domino in regione uiuo-  
rum.

**R**equiem eternam dona eis dñe.  
Et lux perpetua luceat eis. *an.*

*P*lacebo domino in regione uiuorum. *a.*

*V*eni me. *Ps.*

**A**d dominum cum tribula-  
tione clamavi et exaudiuit  
me.

**D**omine libera animam meam:  
a labiis iniquis: et a lingua dolo-  
sa.

**Q**uid detur tibi aut quid appo-  
natur tibi ad linguam dolosam.

**S**agitte potentis acite cum car-  
bonibus desolatoris.

**N**eu michi quia incolatus meus  
prolongatus est hitaui cum hita-  
tibus cedar multum incola fuit  
anima mea.

**Q**um his qui oderunt pacem  
eram pacificus cum loquebar illis  
impugnabant me gratis.

**R**equiem etiam. *a.* Exume quia  
incolatus meus prolongatus e. *a.* Dns aut

**H**ereditavit. *psalmus.*  
Euaui oculos meos in mo-

tes unde ueniet auxilium michi.

**A**uxilium meum a domino q̄  
fecit celum et terram.

**N**on det in cōmōtionem pedem  
tuum: neq; dormiet qui custodit  
te.

**Q**uæ non dormitabit neq; dor  
muet qui custodit israel.

**D**ominus custodit te domini  
protectio tua super manum dexte  
ram tuam.

**P**er diem sol non uret te: neq;  
luna per noctem.

**D**ominus custodit te ab omni  
malo custodiat aiã tuã dñs.





**D**ominus custodiat introitū  
tuum et exitum: ex hoc nunc et  
usq; in seculum

**R**equiem et. *a.* Dominus custodit  
te ab omni malo custodiat aīam tuam  
dominus. *a.* Si iniquitates. *Ps.*

**D**e profundis clamaui ad  
te domine: domine exau  
di uocem meam

**F**iant aures tue intendentes:  
in uocem deprecationis mee.

**S**i iniquitates obseruaens  
domine: dñe quis sustinebit.

**Q**uia apud te ꝓciacō est: et  
propter legem tuam sustinui te



domine.

**S**ustinuit aia mea in uerbo  
eius: sperauit aia mea in dño.

**A**custodia matutina usq; ad  
noctem speret israhel in domino.

**Q**uia apud dominum misericordia  
copiosa apud eum redemptio.

**N**on ipse redimet israhel ex omnibus  
iniquitatibus eius.

**R**equiem eternã. *a.* Si iniqui-  
tates obseruaueris domine dñe quis sus-  
tinebit. *a.* Opera. **psalmus.**

**C**onfitebor tibi domine in to-  
to corde meo: qm̄ audisti  
uerba oris mei.



**I**n conspectu angelorum psal  
lam tibi deus meus adorabo ad tem  
plum sanctum: et confitebor nomi  
ni tuo.

**S**uper misericordia tua et ueritate tua  
quoniam magnificasti super omne nomi  
sanctum tuum.

**I**n quacumque die inuocauero  
te exaudi me: multiplicabis in a  
nima mea uirtutem.

**C**onfiteantur tibi domine om  
nes reges terre: quia audierunt  
omnia uerba oris mei.

**E**t cantent in uisus domini: quoniam  
magna est gloria domini.



**Q**uoniam excelsus dominus et humilia respexit: et alta a longe cognoscat.

**S**i ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me: et super uiam inimicorum meorum extendisti manum tuam. et saluum me fecit dextera tua.

**D**ominus retribuet pro me domine misericordia tua in seculum opera manuum tuarum ne despicias.

**R**equiem. *a.* Opera manuum tuarum ne despicias. *a.* Qui lazari. *Ps.*

**M**agnificat anima mea dominum. **E**t exultauit spiritus meus: in deo salutari meo.





**Q**uia respexit humilitatem ancil-  
le sue: ecce enim ex hoc beatam me  
dicent omnes generationes. 

**Q**uia fecit michi magna qui po-  
tens est: et sanctū nomen eius.

**E**t mīa eius a progenie in pro-  
genes: timentibus eum. 

**F**ecit potentiam in brachio suo:  
dispersit superbos mente cordis sui.

**D**eposuit potentes de sede: et ex-  
altavit humiles. 

**E**sicientes impleuit bonus: et  
dimisit inanes. 

**S**uscepit israel puerum suū:  
reco: datus mīe sue. 



**S**icut locutus est ad p̄ces nostros  
abraham et semini eius ī secula.

**R**equiem et. *a.* Qui lazarium resu-  
citasti a monumento fendum tu eis dñe  
dona requiem et locū indulgentie. *pater*  
*n̄r.* Et ne nos inducas ī temptacōnem.

*Sed libera nos a malo. v̄.* In memoria  
eterna erunt iusti. *&* Ab audicione ma-  
la non timebunt. *v̄.* A porta inferi. *&*  
Erue domine aīas eor. *v̄.* Credo uideri  
bona domini. *&* In tua uuencium. *ps̄.*

**L**auda anima mea domi-  
num laudabo deum in  
uita mea psallam deo meo q̄d̄ ui-  
fuerō.





**N**olite confidere in principibus  
nec in filiis hominum in quibus  
non est salus.

**E**ribit spūs eius et reuertetur  
in terram suam: in illa die peribit  
omnes cogitationes eorum.

**B**eatus cuius deus iacob adiu  
tor eius et spes eius in domino deo  
ip̄ius qui fecit celum et terram:  
mare et omnia que in eis sunt.

**D**ominus custodit ueritatem  
in seculum fac: iudiciū et inimi  
am patientibz: dat escā elumētibz.

**D**ominus soluit compeditos:  
dominus illuminat cecos.

III  
**D**ominus erigit elisos: domi-  
nus diligit iustos.

**D**ominus custodit aduenas  
pupillum et uiduam suscipiet:  
et uias peccatorum disperdet.

**R**egnabit dominus in secula  
deus tuus syon in omni genera-  
tione et generationem.

**R**equiem et. *b' A porta inferi. R.*

*Exiit domine aīas eorum. Domine exau-  
di orationem meā. Et clamor. Oremus. orō.*

**I**ndina domine aurem tu-  
am ad preces nias quibus  
miam tuam supplices deprecā-  
mur ut aīas famulorum famu-

latum q̄ tuarū quas de hoc seculo  
migrare iuxisti in pacis ac lucis  
regione constituas: et scōrum tuo  
rum iubeas esse consortes. Per xp̄m  
dn̄m nr̄m. Amen. Oremus. *oīo.*

**D**eus uenue largitor et hu  
mane salutis amator: q̄s  
clemenciam tuam ut nr̄e congre  
gationis parentes amicos et bñ  
factores nr̄os qui ex hoc seculo trā  
sierunt beata maria semper uir  
gine. beato michale archangelo  
beato petro et beato paulo aposto  
lis intercedentibus cum omnibus  
sanctis ad perpetue beatitudinis

confortium peruenire concedas.

**I**delium deus omnium  
conditor et redemptor aia  
bus famulorum famularu q; tu  
arum remissionem auctorum tu  
bue p;onum ut indulgenciam  
quam semper optauerunt pijs  
supplicationibus consequantur

Qui uiuis et regnas deus. per oia  
secula seculorum. Amen

**R**equiescant in pace. Amen.

*ad matutinas antij. Omige. Ps.*

**V**erba mea auribus peri  
pe domine: intellige cla  
morem meum.





**T**utende uoci orōnis mee: rex  
meus et deus meus.

**Q**uoniam ad te orabo domine:  
mane exaudies uocem meam.

**M**ane astabo tibi et uidebo: quoni-  
am non deus uolens iniquitatem  
tuas.

**N**eque habitabit iuxta te malignus:  
neque iniusti ante oculos tuos.

**Q**uisti omnes qui operantur ini-  
quitatem: perdes omnes qui loquuntur  
mendacium.

**Q**uoniam sanguinum: et dolosum  
abhorabitur dominus: ego autem  
in multitudine misericordie tue.

**I**ntrabo in domum tuam: adoro  
in templo ad templum sanctum in timore  
re tuo.

**D**omine deduc me in iusticia  
tua propter inimicos meos: dirige  
in conspectu tuo viam meam.

**Q**uoniam non est in ore eorum  
veritas: cor eorum uanum est.

**S**epulcrum patens est guttur  
eorum lingua sua dolose agebat:  
iudica illos deus.

**D**ecidant a cogitationibus suis  
secundum multitudinem impie  
tatum eorum expelle eos: quoniam uita  
uerunt te domine.



**E**t letentur omnes qui sperant  
in te in eternum exultabunt et hi-  
tabis in eis.

**E**t gloriabuntur in te omnes  
qui diligunt nomen tuum: quoniam tu  
benedices iusto.

**D**omine ut scito bone: volun-  
tatis tue coronasti nos.

**R**equiem et. **A** Dirige domine de-  
us meus in conspectu tuo viam meam. **A**  
Conuertere. **Psalmus**

**D**omine ne in furore tuo  
arguas me: neque in ira  
tua compias me.

**M**isere mei domine quoniam

infirmus sum sana me domine:  
quoniam conturbata sunt oīa  
ossa mea.

**E**t aīa mea turbata est ualde:  
sed tu domine usq; quo.

**C**onuertere domine et eripe ani-  
mam meam: saluum me fac p̄  
misericordiam tuam.

**Q**uoniam non est in morte q̄  
memor sit tui: in inferno autem  
quis confitebitur tibi.

**L**aboravi in gemitu meo: la-  
uabo per singulas noctes: lectum  
meum lacrimis meis stratum  
meum rigabo.

**T**urbatus est a furore oculus me-  
us: in ueterum inter omnes inimicos  
meos.

**R**escedite a me omnes qui ope-  
ramini iniquitatem: quoniam exaudi  
et dominus uocem fletus mei.

**E**xaudiuit dominus deprecationem  
meam: dominus orationem  
meam suscepit.

**Q**uibescant et conturbentur  
uelementer omnes inimici mei:  
conuertantur et erubescant ualde  
uelociter.

**R**equiem eterna. **a.** Conuerte  
te domine et eripe animam meam quoniam non

est in morte qui memor sit tui: **ant.**

Requando. **psalmus**

**D**omine deus meus in te speravi saluum me fac: ex omnibus persequentibus me et libera me.

Requando rapiat ut leo animam meam: dum non est qui redimat neque qui saluum faciat.

**D**omine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.

**S**i reddidi retribuendis michi mala: decedam merito ab inimicis meis manus.

**P**ersequatur inimicus animam



meam: comprehendat et coculet  
in terra uitam meam. et gloriam  
meam in puluerem deducat.

**E**xurge domine in ira tua: et  
exaltare in finibus inimicorum  
meorum.

**E**t exurge domine deus meus  
in precepto quod mandasti: et sy  
nagoga populor: circundabit te.

**E**t propter hanc in altum re  
gredere dominus iudicat popu  
los.

**I**udica me domine secundū  
iustiam meam: et secundum i  
nocentiā meā super me.

116  
**C**onsumetur nequicia peccator  
et diriges iustum: scrutans corda  
et renes deus.

**I**ustum adiutorium meum  
a domino: qui saluos facit rectos  
corde.

**D**eus iudex iustus fortis et pa-  
ciens nunquid irascatur per sin-  
gulos dies.

**N**isi conuersi fueritis gladiū  
suum vibrauit arcum suum: te-  
tendit et parauit illum.

**E**t in eo parauit uasa mortis:  
sagittas suas ardentibus effecit.

**H**ec parturit iniusticiam et

coepit dolore: et pepercit iniquitate.

**L**acum aperuit et effodit eum:  
et incidit in foueam quam fecit.

**N**on uertetur dolor eius in caput  
eius: et in uerticem ipsius iniqui-  
tas eius descendet.

**C**onfitebor domino secundum  
iustitiam eius: et psallam nomini  
domini altissimi.

**Q**uiem et. **a** Nequando rapiat  
ut leo animam meam dum non est qui re-  
dumat neque qui saluum faciat. **V** A por-  
ta iherusalem. **R** Erue domine animas eorum. **Pater**

**P**ater noster. Et ne nos. **lectio prima.**  
Aure michi domine: nichil

enim sunt dies mei. Quid est ho  
 mo quia magnificas eum: aut  
 quid apponis erga eum cor tuum  
 visitas eum diluculo. et subito pro  
 bas illum. **U**sq; quo non parvis  
 michi nec dimittis me ut glucia  
 saluam meam peccavi. Quid fa  
 ctam tibi o custos hominum: qua  
 re posuisti me contrarium tibi: et  
 factus sum michi metipsi grauis.  
**E**ur non tollis peccatum meum.  
 et quare non auferis iniquitate  
 mea. Ecce nuic in puluere dormio:  
 et si mane me quesieris non sub  
 sistam. **Q**ui lazarium resuscitasti a





monimento fetidum Tu eis domine  
dona requiem et locum indulgentie.  
Qui uenturus es iudicare uiuos et  
mortuos et seculum per ignem. Tu eis  
domine dona requiem et locū indulgentie.

**S**edet animam meam uite  
mee: dimittam aduersū  
me eloquium meum. loquar in  
amantudine aīe mee: dicam deo  
